Quelle: http://manuscripta.at/?ID=32270
Copyright: Lilienfeld, Zisterzienserstift



centum. inducat sacrilega. Alii u. pibit ciuitas. interficis omnes nos. O proconsul amarum spectaculum. malum iudicium.

At u. Tecla mitti principis a manibus trifene abrepta expoliata est. et accepto circumferenda campestre impellitur stadio. Post cuius ingressum immittuntur leones et ursi contra eam. et acerbior ceteris leena. que precurrens ad pedes eius accubuit. Quo uiso. turba mulierum mugitum dedit. Inde cucurrit ursa. sed leena obuians scidit eam. Post hec doctus leo homines comedere quod prius erat Alexandri. et ipsum complexa leena cum ipso uiuit et mortua est. Tecla leuauerunt uocem mulieres. quod defensa tex Tecle leena intrasset. Tecla immittunt complures alias et uarii generis feras. Cumque illa staret in oratione expansis manibus. et finita oratione conuersa uidit fossam grandem. que erat in stadio plena aqua. hinc serpentes multas et grandes. Quam cum uiderent mulieres descendere uolentem ingrediente: plorauerunt clamantes. et rogantes ne se iniceret in fossam. ita ut et iudicem ad lacrimas prouocaret luctus populi. Sed illa credens se secundum promissionem populi signans. crucem faciens in fronte: cum inuocatione sancte trinitatis iniecit se aque. et serpentes nube ignea oppressi mortui sunt. et inmanis pariter gregatus congesti. Igitur crudelitas uulgi ne hoc spectaculo mitigata. petebat atrociores mitti bestias. et misse sunt. Sed cum nichil abhis tacta fuisset. Alexandri dixit ad iudicem. Tauros habeo ualde feroces. his eam inligari si uibes faciem. Et iudex. meo esto sermone factum age quod uis. Et inligatum eam diuaricatis pedibus inter duos thauros mirso ad terram capite. et in ipsis funibus subtraxit inter alia animalium ferri candentis uim. ut acutus efferati. saltu rapido cito discerpent uinctam. Sed ferrum candens obuisit funes. et solutis uinculis uirgo remansit illesa. discurrentibus pre dolore thauris. Trifena autem cum uidisset animalia a se disiuncta currere per arenam. putans iam Tecla fuisse disruptam examinata est: ut omnes dicerent: trifena mortua est propinqua in pueris. Quorum ore exterritus proconsul. ciuitas conturbata est Alexandri quoque pro suo. et ciuium periculo. exorante dimitti liberam Tecla. Verebatur enim ne peruenirent ad cesarem pro trifena eius cognata. quam putabant in harena fuisse defunctam. Vocauit ergo Teclam proconsul e mediis bestiis. et interrogauit eam dicens. Iue estu. et cuius conditionis. cuius artis uel operis. quod nulla bestiarum te ledere queruit. Et illa respondit. Ego dei uiui [illegible] ne simplicio[illegible] sum ancilla. huic

subiaceo conditioni. quod deum esse filium dei credidi. cuius uirtute protegar. ut nulla ferarum me capere possit. quam hec est salus. salutis terminus. et uite immortalis facultas. Hic est fluctuantium quies. hec tribulatorum confugium. desperatorum fida protectio. et ut simpliciter dicam. quia qui in isto non crediderit non uiuet. sed morietur in eternum.

Hec cum audisset proconsul. tertius iussit exhiberi uestimenta. et indui Tecla. Iue antequam acciperet dixit. Qui me operuit nudam. in medio bestiarum positam. ipse in die iudicii teget salute. Et susceptis uestibus induta est. et cito iudex dedit edictum dicens. Tecla dei pietatis relaxo uobis. Tecla mulieres quasi ex uno ore laudem deo dederunt dicentes. Unus est deus qui Tecla saluat. ita ut a uoce earum moueretur ciuitas. Et cum trifena audisset sonum. acurrit gaudens et dicens. Modo quod mortui resurgunt credo. Tecla uideo post tantas mortis occasiones uiuere. Veni filia Tecla ingredere in domum meam. et ingressa cum illa requieuit apud illam paucis diebus. docens uerbum fidei ita ut plurimi in domo trifene fierent christiani. Inde seleuciam decorata multiplici gratia christi uirginitate. martirio sanitatum efficacia. Et cum multos illuminasset sue conuersationis exemplum. cum somno pacis migrauit ad dominum. Qui. ij. et R. cum deo patre in unitate spiritus sancti. per immortalia secula seculorum. Amen.

Passio sancti Syreni martiris et aliorum.

Temporibus Maximiani imperatoris beatus Syreneus monachus felici martirio coronatus. et pro labore certaminis requiem adeptus est mercedis. Hic ergo apud Syrmium certauit et uicit. et suum christo manipulum reportauit. Qui cum unus ex domesticis eius uxorem hora incongrua in hortum quem ipse sibi excolebat deambulantem acutus increpando repulisset. ipso iubente imperatore tentus est. et christianum se esse confessus est. et capite cesus. Sancti denique policarpi presbiteri et confessoris eodem die recitatur sollempnitas. Qui post predicationem uerbi diuini. et martirii adhortacionem. quod multos cum beato christo martire sebastiano. baptismi lauacro purificatos in fide dominica roborauit. et Tranquillinum prius unda perfusum patrem sanctorum martirum Marcelliani et Marci abydopelibauit. et Chroma